

el Papa Gregorio. 13. condemo por vehe-
 mente sospechoso ~~de~~ de Beruete
 fr. Bertholome de cartana y Mirand
 Anu bispo de Tolud. como parere por el
 lib. 2. de libris fol. 47. ~~firmenio de fe senca~~
 quel mismo Pontifice remitto adenga por
 de quicora yng^{er} general^{confucato} deal tenasig.

Gregorius Papa. 13.

Venerabili fratri Gaspari Episcopo.
 Conchensi heretica prauitatis in reg-
 nis Hispaniarum generali Inquisitori.

Venerabilis frater salutem et Apostoli-
 cam benedictionem. semper optauimus Bar-
 tholomeum Archiepiscopum Tolitanum
 quam longissime ab omni suspitione ne-
 dum crimine abesse id quae etiam optate
 fraternitatem tuam peruarum habere
 mus nouimus etiam prudentiam videra-
 ritatem tuam nec dubitamus quin pre-
 clare intelligas quanta cum sanctae re-
 ligionis iactura aliqua de Episcopis
 suspitio oriatur presertim in his rebus
 quae ad eandem ipsam religionem perti-
 nent optandum igitur magnopere est.
 nequid tale accidat vbi autem accidit
 danda opera est. ut res quam diligen-
 tissime cognoscatur itaque in his uis



Archiepiscopi causa omni studio ad
ligentia uersati sumus et quando
quod summo petere cupiebamus assequi
non potuimus ut eum innocentem re-
tineremus id fecimus quod certe debueramus
ut tam graui in re nihil omnino de-
mularemus nec quicquam iustitiae de-
gloria anteponendum existimaremus
iudicauimus igitur eum uehementer
suspectum esse abiurationem que con-
fessionum et errorum de quibus insur-
tionem Venerat coram nobis ac Ven-
rabilibus Fratibus nostris sanctae
Romanae ecclesiae Cardinalibus sanctae
inquisitioni praefectis alijs que praesentibus
ab Archiepiscopo factam accepimus
mus eas que illi poenas imposuimus
quas conuenire arbitrati sumus. M
mu fraternitati tuae publicum ser-
tenti a atq; abiurationis exemplum
ut tum istud sanctae inquisitionis
officium tum etiam alij ad quos per-
tinere posse iudicaueris quod in huius
modi causa actum sit cognoscere possis
Datum Romae apud sanctum Petrum
sub annulo piscatoris die decima sexta
aprilis Mille simi quingentesimi
tuagesimi sexti Pontificatus nostri
anno quarto Antonij buccia papali